



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Canticum Vniversi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO

XXXIII.

AMOR DEI,

Canticum Vniuersi.

Non ait, *Omnium una vox est, amo te: omnes*
creaturæ summo concentu concordant in hac voce,
canunt suauissimum hoc carmen Amoris, amo te:
non voce, certè opere. Amo te, Deus meus,
quia voluntatem tuam exequor, sine
intermissione ab ortu ad occasum currendo. Amo te,
in eodem tono terra, quia ad nutum Magni Dei,
firmus & firma in meo centro quiesco. Amo te, simili-
ter aer, canit Ignis, & omnes creaturæ unâ voce
concoctunt; quia omnes Divinae Voluntati con-
cedunt, & exequuntur Beneplacitum Dei.
Eadem vox ab æterno fuit in Deo: primò inter ipsas
veritates divinas. Amo te, dicit unaquæque ad alteram:
in creatione mundi; quia cum Amor Dei sit
ipsum amare, est creare, amando mundum,
et eum: & creando amat. Felix anima, qua audit,
intelligit hanc vocem iucunditatis in Deo, & in creatu-
ra, quæ habet aures audiendi suauissimam hanc melo-
diam, quam faciunt amando, Deus & creaturæ. Infelix
autem, qua perversâ voluntate à tali cantico discordat: &
suam suam voluntatis exequitur propriam!
scribamus igitur in corde nostro tentum duas has
veritates, Amo te: nec solum in corde, sed in omnibus
partibus corporis, in omnia facultatibus animæ.
De in memoria, amo te, per continuam recorda-
tionem Dei: Scribe in intellectu, amo te: ut omnes
de cogitationes colligantur in Deum, Scribe in Vo-
luntate, amo te, ne recipiat alium amorem, quàm Dei.
Deus, vox dulcissima, suavissima. Hæc est nostra
adoratio, & jubilatio, honor & exultatio, virtus & adoratio.

H

Amo

Amo te ex toto, amo totus, & amo totum, Amo totum quia debeo me totum, sine omni diminutione, consecrare sancto & puro amori Dei; & amo totum quia debeo amare totum Deum meum, in seipso & in proximo.

CONSIDERATIO XXXIV.

AMOR DEI,

Professio Christiani.

Professio Christiani hominis continetur in duobus verbis, *Amo te.* Professio respicitur ad statum cuiusque, & originem. Si ergo Christianus creatus ad amandum, & insuper collocatus in statu amicitiae Dei, debet tunc hanc esse suam ut occupetur in amando, & exerceatur in duobus verbis, *Amo te.*

Subleua ergo te mente ad principium sine principio ad Primam Personam Sanctissimam Trinitatis, primum principium *ad intra*, & *ad extra*, funde humilitatis in tuo proprio nihil, de cunctitudine cordis, quemadmodum dicit, *Amicus meus, & Creator meus, a quo per solam gratiam nullo meo merito, accipio esse, & vivere.* Similiter ad secundam Personam Filii, per quem *aqualis & consubstantialis patri*, dic eodem *Amo te, Deus meus, & Redemptor meus.* immensum thesaurum in finitum mentium accipio: per quem liberatus a penis aeternae inventio in possessione aeternae gloriae. Postea ad Tertiam Personam Spiritus Sancti, & dic eodem *Amo te, Deus meus, & Sanctificator meus, a quo collocatus in numero filiorum Dei, & heredes* beatae.